Jahresbericht

des

Königlichen Katholischen Gymnasiums

zu

Gross-Glogau

für das Schuljahr 1860/61,

womit

zu der auf den 15ten August festgesetzten

Schlussfeierlichkeit

alle Gönner und Freunde der Anstalt

ehrerbietigst einladet

Dr. Eduard Wentzel,
Director des Gymnasiums, Ritter des Rothen Adler-Ordens IV. Klasse.

Inhalt:

Gross-Glogau,
Gedruckt bei Carl Flemming.

1861.

Singulis disciplinis quotannis certamina præmiorum proponenda

censet

Laurentius Meinolphus Mueller,

phil. doctor, art. lib. mag. Gymn. sup. class. praeceptor.

Quoniam receptus tulit ordo, ad me ut deferretur munus, quae quotannis scripta a gymnasiis publice proponuntur, ea praefari, — quum, postquam quid offerrem inquissimo meo tempore mecum diu reputavi, nihil reperirem, neque enim cuivis contingit adire Corinthum; — non constitui ex iis disciplinis quaerere scribendi materiam, quam solent tractare grammatici, sed ex iis sumere quod scriberem, quae in vita hac nostra umbratili usuque quotidiano scholae versantur. Neque enim, quae promas ex reconditis illis disciplinis, cuivis in promptu est; quum, si quae condideris et cogitando tecum tacite, passim aut legendo aut in docendo, ea discerpta quaedam sint atque etiam in diversissimas partes discedant, quae colligere atque in unum quasi corpus coarctare, difficile sit negotium egeatque primum studio et assiduo et acri, ad quod unde tempus petam necessarium, haud sane dixerim. Deinde, si quae in promptu sint, quae tibi videantur non indigna, quae singulari scriptione proponas, quis est, qui nesciat, quot librorum adminiculis ad eam rem opus sit, quae nec ubique nec omni tempore adire aut comparare possis. Huc accedit denique quod istud scribendi genus animum desiderat vacuum curis, vacuum doloribus, vacuum aegrimoniis, quem diu mihi defuisse doleo. Quare si quid ponam ex usu, ut dixi, scholae quotidiano et magistri experientia, quae quidem etsi non sit longissima, satis tamen longa est, ut quae ultra annum vicesimum procedat, et ut ita dicam a pueritiae fere recordatione repetatur, ignoscas velim idque condones tempori meo, et legas rem magno animi angore excogitatam majore etiam retractatam et perpolitam.

Conabor igitur docere, necessum mihi videri, quo modo hucusque praemia decernuntur quotannis discipulis assiduis, ut in commune proponantur diligentiae, eum ita immutari, ut singulis quibusque disciplinis ea praemia proponantur, atque concertatio quotannis fiat praemiorum, ut is ferat, qui pensum aliquod propositum optime fecerit etsi alio tempore non inter optimos numeretur. Quod etsi minus cesserit demonstrare ad oculos, ut ajunt, juvabit tamen occasione data rem proposuisse, quae ut equidem arbitror non minimum valeat ad excitanda juvenum ingenia. Sed tu noli putare hanc rem programmatis non idoneam esse, neque mihi occinere illud *οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον.* Magna enim est

quaestio, quid respicere debeant, qui programmata conscribunt, utrum paucos quosdam doctos, si qui in simili re versentur atque ex ea lectione fructum aliquem percipiant, an plures qui docendi sint, quorum ad commoda omnia referenda, Illud enim persuaderi mihi nunquam poterit programmata perscribi ostentandae doctrinae causa aut ut magistro occasio detur, qua demonstret, vires eum suas non pati hebescere nec tempus terere. Nam qui quae dies fert pensa sedulo correxerit, qui quid in diem quemque, in horam quamque in docendo dicat, quomodo dicat, diligenter secum reputarit, is tempus bene videtur insumere, neque sibi unquam deesse et in literis proficere. Sed haec post, nunc illud contendamus, hanc rem programmati quam maxime convenire scribendo, convenire discipulis, qui etsi mutare quidquam de more qui nunc est, non possint, docendi tamen sunt, si quid melius invenitur; neque enim intra angustos scholae parietes continentur quae docemus, nec in brevem hanc vitam docemus, sed in posterum. Tum autem qui nunc docentur, quum docti erunt, si quod bonum cognoverint, omni vi defendent, obnitentur, si quid mali, tum, inquam, saeculum per hosce nostros discipulos non modo fiet doctius sed etiam emendatius. Simili in re simili occasione memini dicere dilectissimum mihi magistrum: sed quorsum haec vobis? ut sciatis, ut quum adoleveritis pro virili quisque parte defendatis, ut aliis ita demandetis, ita infinita quaedam erit boni et recti seges.

Atque de praemiorum quidem efficientia in commune disserere haud magni sit negotii. Praemia et proponuntur et proposita fuerunt omnibus temporibus. Eam in rem beneficia constituta sunt, eademque, id quod proxime ad propositum meum accedit, in singulas disciplinas atque ab eo regimine, quod scholis praeest, rata facta. Neque me terret Schilleri illud, dummodo latine exprimere potero, quod de literis dicit epigramma

Diva est alma aliis, ditans hunc ubere vacca,
Quo faciat butyrum, quo faciat caseum.

Religio enim et fides christiana agnoscit praemia non modo caelestia et divina, sed etiam terrena et humana.

Quid quod etiam facillimo ad observandum officio praemium est constitutum! quid enim pietate facilius? quid naturae convenientius quam ut eos amemus, a quibus generati sumus, qui longi temporis taedium tulerunt, nos ut alerent atque educarent? Et tamen ea lex quae imperat pietatem una est, quae praemium adjectum habeat carmine: ,,Honora patrem atque matrem ut sis longaevus super terram quam tibi dominus deus tuus daturus est.“ quasi voluerit sanctus legum lator, quum posset poenarum minitatione adigere homines ad id officium, praemio proposito adducere ad officium et reliquae hujus tabulae leges quum sint, quae dicuntur negativae, quum vetent, haec una lex positiva est, jubet aliquid facere proposito praemio.

Jam vero quoad longissime mens nostra potest respicere saecula ethnicarum gentium et rerum gestarum memoriam revocare ultimam; inde usque repetentes praemia apud omnes bene factorum inveniamus fuisse constituta. Honores enim', statuae et imagines, oleae, triumphi, arcus triumphales, tripodes positi, quid declarant, nisi magnae magnorum virorum virtuti suas fuisse apud omnes laudes, sua praemia. — Nulla unquam gens fuit

subtiliore ingenio quam Graecorum, nulla apud quam studium honoris flagrantius. Somno excutitur Themistocles Miltiadis tropaeis ut noctu in foro ambularet. Thucydides lacrimasse dicitur auditis Herodoti Musis. Demosthenes pudere se ajebat, si quando fabrorum opera antelucana praeoccupatus fuisset. Nulla fuit gens apud quam graeca magis honores fuerint tenues ob eamque rem clariores. Miltiades servatae apud Marathonem patriae id praemii tulit, ut in imagine in numero decem imperatorum primus poneretur isque hortaretur milites. Xerxes Graecos audivit ad Thermopylas de olea certare; quam virtutem agnoscens Artabanus: Vae, Mardoni, inquit, contra quam fortes viros nos ducere conaris. Aliae gentes magis obtusae mente, magisque in rem et corpus deditae habuere alia praemia, ut ita dicam crassiora; omnes tamen habuere, et habent et ingenii summarum laudum et eorum qui manuum labore aliquid egregium praestant. Hinc poetae laureati, hinc pictores et statuarii clupeati, hinc et clupeati et vexillo donati, et is qui fortissimum submittit taurum, et qui lectissimum solanorum tuberosorum ostentat ferculum et qui nectit lepidissimum florum fasciculum. Quid commmemorem praemia fortitudinis atque virtutis militaris, quae omnibus sunt conspicua? Ita qui quid intelligere sibi et sapere videntur consentiunt eumque consensum facto comprobant, praemiis concitari homines ut sua quisque in arte egregium aliquid efficiant. Quodsi is, gravem terram qui vertit aratro, quique ligone fodit agrum et is, qui malleum ferratum in incudem adigit, quo cudat fervens ferrum, qui cunei ope torno durum lapidem format, non solitum modo praemium laboris fert, sed si quid suo in genere praeclarum confecerit, clarus etiam laude fit et hominum in ore et admiratione versatur — qui is qui omne tempus ad perdiscendas literas bonas adhibet, si proficiat in iis, sua laude careat? An vero veremur ne studium quod est rerum coelestium atque divinarum, ut praemium non literae petitae videantur, humum detrahamus atque terra defodiamus? aut ne saeclo, quod vocatur, quodque suapte natura et nunc magis quam ante terrena nimium spectat, proposito praemio nimium indulgeamus atque serviamus? Graeci Olympia coronantur lauro, Nemeica pinu. Quanto tandem plus terram spectare et rem et lucrum videtur liber propositus in praemium virtutis et laboris, quo ex libro haurias licet quae bonae frugis sint multa? Aut quandoquidem saeclum rei et lucro deditum est, cur non id nobis potius servire cogimus, pueros ut incitet ad perdiscendas literas proposito vel lucro? Si cui literae non possunt esse dea illa lucida, quae ut verum fateamur, non multis sunt, atque iisdem ad quoddam aetatis tempus, iis sit per me licet vacca ista, modo lac praebeat. Id autem ei soli potest contingere, qui eas perdidicit. Vitam igitur communem non respuere praemia vidimus — religionem Christi iis non alienam esse diximus; tota autem antiquitas tantum abest, ut praemia publica reformidarit, ut propositis omnium bonarum artium praemiis ad summam laudem, ad summam virtutem contenderent homines voluerit efficere. Quis igitur apud nos in studio literarum aut omne praemiorum incitamentum plane sustulit, aut propositis in commune praemiis nobilem illum concertationis ardorem restinxit? Fuerit is disciplinae illius tetricae philosophus et tenebricosae, qui quod docetur: virtutem propter se amandam esse nullo praemio proposito

aut poena, ad literas atque artes transtulit, et magnum quid sibi visus est appetisse, quum eas tamquam deam colendas esse asseveraret. Aut fuit ex summis illis aliquis ingeniis, qualia ea omnibus fere saeculis, maxime autem eo saeculo quo Byzantio a Turcis capto, postquam quidquid erat artis atque literarum, id ab orientali Europae parte in occidentem migravit, tantus ardor exstitit discendi, ut quidam prope immorerentur studiis. Qui autem ita se abdiderunt in literas, ut nihil inde possint ad communem usum proferre sed sibi inde oblectationem unice quaerant, ut praeter literas nihil videant — fuerint illi exceptio ut dicitur ab regula, abnormes sapientes, praecepta aliis hominibus, ut sunt vulgo, ne dent. Illi enim deorum esca etiam possunt vivere nidore, hi magis solidum aliquid atque etiam crassius ad vitam sustentandam desiderant. Publica laude praemiorum aut is potest privare pueros, qui mentem penitus quodammodo sevocavit a corpore, aut is potest eam damnare, qui virtutem praeter modum colit ipsam, non is, qui ex studiis bonis, quae dicere solent humaniora, ipsum esse humanum atque mitem didicerit, qui haud ignoret, plurimam hominum partem esse mediocrium; quum autem specimen virtutis proponendum est, id petendum est ab optima quaque natura, quum praecepta danda tum ea ita proferenda sunt ut etiam mediocres respiciantur. Sint igitur praemia. Sed ita ut nunc sunt, ne sunto, ut in commune proponantur, non praemia diligentiae et morum sed praemia progressuum et morum. Atque mores quum in utroque respicimus, solam tamen diligentiam non putamus sufficere ut praemium quis ferat. Semper in dividundis praemiis non solum quam quis fuisset diligens et assiduus, quaesivimus, verum etiam quantum quis sciret et quale id esset quod sciret. Hoc autem ad quantum hocce ad quale ut perveniatur, eam ob causam ita ego censeo:

„Praemia constituenda in singulas disciplinas, eique praemium deferendum qui opus propositum aliquod optime absolverit, et ut ab initio statim ponam, quod horridum videatur plerisque, ut praemium etiam is ferat, qui priora pensa minus feliciter confecerit, ut etiam cedere debeant, qui ante meliores fuerint.“ Nam etsi ea quoque respiciuntur, quae quis prioribus temporibus effecit, usu tamen et in vita quotidiana omnia ad eventum properant, eventu pleraque existimantur. Etsi ita ingenium potius ferat praemium, quam assidua diligentia, ingenium per se nihil valet, mancum est sine disciplina, sine contentione virium, sine diligentia, quae disciplina regitur; omnibus autem in rebus ingenium est, quod agit, profert et efficit, ut ne quid otio torpescat, situ tabescat; assiduitas atque diligentia valet plurimum non ubi nova invenienda sed ubi inventa tradenda ubi quae sunt ut sunt conservanda sunt, nihil autem novi et magni procreavit.

Huic ego sententiae duo video obstare quae objici possint, primum ut dicatur ita non omnia peti scientia sed unam rem, alterum ut videatur honoris studium nimium intendi. Praemia in commune proponuntur omnium eorum, quae discenda pueris, quia exigitur ut in omnibus aequabiliter procedant. Mirum id sane: tute ipse num his omnibus aequabiliter es eruditus, qui aequabiliter pueris injungis omnia discere, quae discenda proponis? Cur non uni classi unum praeficis magistrum? Quia scilicet vix reperias unum et alterum, qui id possit efficere,

aut si possit, qui velit, quí non sua voluptate trahatur ut hoc potius tractare velit quam illud. Desideras studium quod omnes disciplinas aequabiliter discat in gymnasiis, in pueris, viribus nondum corroboratis; cur non in viris, in universitatibus? sit venia verbo. A gymnasiis peti, ais, communem aliquem cultum, eam animi maturitatem, quae omnes post disciplinas possit discendo comprehendere. Hoc autem quum statuis, post juvenibus permittis quam velint disciplinam amplecti, teque id comprobare aperte dicis cujusque disciplinae viros doctissimos instituendo doctores. In gymnasiis ais poni fundamenta quibus post imponantur aedes. Sed quis fundamenta ponit multo ampliora, quam quorum spatium aedes post contineat? Ergo dicas necesse est: quae tradantur in gymnasiis, nihil interesse utrum memoria teneantur, necne — dummodo acumen mentis ita exacuatur, ut quocunque post velit, se possit convertere, materiam discendi omnino mediam. Si autem media est — cur omnes disciplinas aequabiliter jubes complecti? — Recte igitur, qui haec nuper in arctius contrahere coeperunt? minime. qui ita? quum dicis non omnia aequabiliter complectenda, idem tamen negas recte factum quod quaedam disciplinae partes aut non amplius respiciantur aut omnino non tradantur. Quia profecto non est facile cernere in pueris quo inclinent animi; aut igitur occasionem praescidisti ingenium suam ad voluptatem excolendi, aut stimulum sustulisti qui ad discendum incitet. — Nam quid est praecipere ut quaedam discantur, quorum nulla posthac ratio reddenda est? Ergo ab initio non postulandum, ut omnes disciplinae aequabiliter discantur, quoniam id arduum. Deinde hac lege efficitur ut in nitendo insistant multi et languescant. Nam qui semel primam occupavit sedem, is eam sedem propriam sibi esse putat, progreditur, sed lente, nulla adhibita omnium virium contentione. Inde apud laudatos discipulos ingens quaedam mediocritas, nihil perfectum, nihil excelsum. Neque enim sunt, qui urgeant et currere cogant. Nam ii qui minus natura valent, mediocres illi, quorum plurima pars est, laudatum illum tamquam justa possessione pellere nefas putant, quia non possunt, nam in omnibus satisfacere omnibus contingit admodum paucis. Quare pauci quidam quotannis inveniuntur, qui praemio possint ornari, est nonnunquam ut desint. Multo autem melius res haberet, si omnia perpetuo agerentur flumine si, nisi qui aliqua in disciplina vires quam maxime intendisset, nemo praemio laudis honestaretur. Si qui primum tenet locum, ei perpetuo timendum esset ne possessione sua pelleretur. Id autem tum demum fieri poterit, quia non omnia possumus omnes, si concessum erit, ut in singulis etiam proponantur praemia. Atque vero agentes jam dudum de ista severitate multum remisimus, (cf. quae tradantur in regulis, ex quibus ii qui absoluto gymnasii cursu ut satis ad altiora studia praeparati mittuntur.) quid ergo est, cur cogitantes et judicantes teneamus, quod ad agendum non adhibemus. Neque enim multa sed multum!

Artes et literae et inventa omnia ea re maxime quod alius aliud summis et animi et voluntatis viribus excolebat, ad eum perfectionis gradum sunt perducta, ut omnis Minervae homines nec versatilia ad omnia ingenia admodum rara non sint et in mediocritate atque obscuritate consistant. Neoptolemus quidem apud Ennium philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis, et recte. Nam fuit bellator ut qui fortissimus, unam eam artem callebat

optime. Qui eximium aliquid ad usus hominum volet proferre, unam rem amplectatur necesse est, unam agat, ad unam omnia referat. Quodsi et plurium rerum exigetur scientia, quid obstat, quominus plura unus praemia ferat, id est, quominus in duabus vel tribus disciplinis ad summum perveniat. Huc accedit, quod dum praemia in commune distribuimus, haud facile vitandum saepe severitatem admittimus, neque enim quamvis volentes, poenitentiae damus locum. Remisit aliquamdiu discipulus aliquid in nitendo de labore, studium nescio quo pacto refriguit, non fecit quantum potuit et debuit, — jam sese erigit, repetit, quae omisit, progressus laeti, laetamur, ut magis laetamur de receptis, quae amissa videbantur, quam de diu perceptis. Ecquod praemium ei tribuimus, qui, non nescius propter eam se secordiam praemio affici non posse, puro literarum amore neglecta collegerit? —

Jam vero, quae habemus incitamenta studiorum, quum, quod jam dixi, literae et artes paucis admodum tam divinae videantur, ut pro se sint expetendae? Sui commodi causa iis operam dandam esse, praeterquam quod id foedum est et sordidum, vix teneris animis persuaseris, quibusnam, inquam, artibus pueros ad studia incitamus? Qui in quibusdam disciplinis, certo perscriptis ad definitum aliquem gradum non pervenerit, ad examen quod dicitur maturitatis non admittitur. Metu igitur incitabuntur ad studia; metu incitabuntur ad studia, quae vocantur liberalia, quae censentur libero viro digna! ὑπὸ μαστίγων id percipietur, quod nisi libero animo, si fructus laturum est, et percipi et teneri non potest. Quid mirum si qui ita sunt protrusi, quum superarint tandem illud examen extimescendum et multo ante timoris plenum, tamquam taedeat eos bonarum artium omne studium, praeter quod victum aliquando praebiturum sit, reformident, tamquam vestem aliquam Nessi sanguine tinctam. En mercenarii in civitate! en homines, qui nihil altum nec suspiciant nec sapiant, nullam divinam mente concipiant cogitationem!

Atque caeteris in classibus placuit severo examine discipulos superiori classi adscribi ex inferiore. Qui quo praeceptum est, non pervenit, non transcribitur. Ea quidem ut nunc res sunt, tristis necessitas est, non futura, si singulis praemia disciplinis essent proposita. Nam omnes literarum partes naturali quodam vinculo inter se nexae sunt; qui in una animi virium contentione libera profecit, non potest is in caeteris non procedere. Nam quidquid animus proprium sibi reddidit, id eum non modo locupletavit verum etiam ampliavit et corroboravit ut alia circumspectare et suspicere possit, velut in corporibus, quum alia crescunt lacte, alia farina vires adsumunt, alia corroborantur carnibus, videre non possis quibus nutrimentis corpus nutritum sit, robustum autem id esse videre possis. Veritas quae peti dicitur, una est, qua ratione ad eam perveneris, nihil intersit. Venit cuidam quondam in mentem in libro quo de fide agitur pueros docenda singulis legibus divinis adscribere paragraphos quasdam codicis legum poenas sancientis. Non licet furari. Leporem si quis clepsit, duorum mensium custodia tenetur; similia ejus generis; lex ea: qui ignavus fuerit, duos vel tres annos in quarta! quo differt ab isto invento? Vitant peccare mali poenae metu. Poena est eritque pessima et ultima semper ratio exigendi id, quod quis debet praestare, quia quantum necesse est, tantum efficitur. Ne sis Orbilius

iste, qui plagis datis acuebat memoriam, suscitabat discendi diligentiam. Sedere in classe nemo debet, nisi qui crassa studet Minerva, is vero a Musis repellendus. —

Quodsi hac ratione, qua annum praecludendum scholae diximus, singuli singulis tantum in rebus videantur elaborare, id quod vehementer dubito, coetus tamen juvenum alio aliud in deliciis habentibus in universum pulcherrimam omnium literarum scientia comprehensarum nobis praebeat imaginem; atque pro se quisque haberet, quod suum recte diceret, quod penitus mente imbibisset, dum, quae exigitur propositarum disciplinarum omnium aequabilis scientia facit, ut de multis multa de toto quodam pauca sciant, pauciora possint. Atque istae tandem querelae: discipulos n o s s e quidem multa, p o s s e pauca, obmutescerent. Rerum enim propositarum cognitio acris mentis ope facile et celeriter acquiritur; plus autem pro rerum propositarum multitudine, quum omnia aequabiliter perdiscenda sint, vix efficitur; ut p o s s i s multo usu magna exercitatione opus est; ea v i r t u s est, virtus autem magno labore et assiduitate paratur. Ad eam exercitationem adhibeas multum necesse est temporis, consumti in legendo, in imitando, id quod in paucis fieri quidem potest, in multis non item. Ut exemplo rem declarem, modo detur veniae locus, in sutrina omnes vel indocti scimus, quum calceus male haeret, quum urget, addimus etiam inventam facile causam qua urgeat, num ergo calceos facimus, num facere p o s s u m u s? facit is qui usu didicit facere. Similiter in arte pingendi, qui tabulas pictas norunt, multi sunt, qui faciunt pauci — ergo intelligis cognitionem artis, rei, facili negotio parari; qua exerceatur ars, eam virtutem multis annis, multo labore, aegre; mirum enim quantum interest inter posse atque nosse. Quid ergo, quum juventuti tam multa proponitis, quum in omnibus aequabiliter proficere eam vultis, vestrae querelae injustae, nosse eam mirum quantum, posse parum. Quare aut permittite nobis ut in paucis egregium aliquid nancisci nobis videamur, ut p o s s i m u s, aut si omnia jubetis aequabiliter complecti, sinite ut sciamus, patimini mediocritatem. Quumque facile sit ad intelligendum, quanto praestet posse rem, quam nosse, tanto scilicet, acsi de duobus alter unde paretur sacharum non ignarus frui non possit, quia res familiares ad parandum breviores, alter autem id nesciat, frui tamen possit, quia suppetat ad parandum pecunia, ita pro se quemque viriliter annisurum ut in una aliqua re ad summum perveniat, quantum satis sit ad humanitatem in caeteris.

Altera caussa, cur quae ante singularum fuerunt artium et disciplinarum praemia, fuerunt enim quondam, nunc omnium facta sint, haec videtur fuisse, quod nollent honoris cupiditatem suscitari aut nimium intendi. Ambitionis enim miram sibi atque diram cogitatione effinxere imaginem quandam, qui per ambitionem peccavere obversantur animis multi. Venit in mentem monstrorum et antiquitatis et recentiorum temporum. Puer flet Alexander quod pater prae victoriarum multitudine ipsi nihil reliqui faciat in quo vires exerceat, virtutem ostentet, gloriam sibi paret; orbis terrarum Alexandri juvenis per vastationem et ruinas sentit eam honoris cupiditatem. — Caesar in oppidulo quodam Alpino se mavult primum quam secundum Romae esse; quae annos septingentos stetit respublica quae bonos et strenuos cives procrearat plurimos, per bella saeva eversa atque immutatata,

terrae mariaque cruenta civium sanguine. Herostratus quo nominis sibi pararet immortalitatem fanum Dianae Ephesiae incendit celeberrimum. Recentium temporum exempla consulto omitto. Haec metuunt — haec metuentes metuunt ambitionem, nec praemiis propositis suscitatam nec fotam volunt. Quamquam quid metuant, non satis intelligo. Alexander ille diruit quod stare non poterat, statuam vetustate deformem igne liquefecit, novam fusurus. Caesar fructus nimis maturos arbore decerpsit — et si qui mente capti insaniunt, includendi coercendi vinculis. Haec, inquam, metuunt. At haec neque nostris temporibus possunt accidere, neque nostrae juventuti. Huic via interclusa axibus, difficilioribus transgressu muro Sinae, difficilioribus effractu et dejectu turrium Babylonicarum pinnis. Nam omnibus ubique locis obsessis atque occupatis a nitentium multitudine, qui sese commoveat, qui magni quidquam facere audeat, nullo neque ad incursandum spatio dato neque ad decurrendum, vix tantulo ubi possit consistere, quantum pedum plantis tegat? — Quum autem nihil magnum soleat effici nisi magna virium intentione, vires autem intendi nequeant sine animi voluntate, quid tandem ambitionem afferre putamus ad voluntatem suscitandam atque corroborandam, quae, id quod experti dicimus, plurimas ad res plurimum et valet et debet valere. an quum dicimus: omnia posse homines quae velint, mera verba dicimus. Sed his utcunque intellecta aut aestimata fuerint, satis mihi videor demonstravisse, — „praemiorum antiquum illum distribuendorum modum restituendum esse." —

Concessi equidem supra praemia eo modo laturos ingeniosos plerumque, non eos discipulos, qui diligentes videantur et assidui, idque malum esse. Atque idem contendo minus multo id malum esse, qnam si ii accipiant, qui natura minus muniti nihil nisi magno labore enitantur, nam ingenium promovere omnia. Sed quo minus hoc incommodum accidat, dura sane res praeceptorum animis et tristis, propterea haec epilogi loco adjicio, quae praecedere debeant atque cohaerent cum ea praemiorum tribuendorum ratione, quo etiam per anni longitudinem studiorum ardor suscitetur atque sustentetur. In quo facile adducor, ut fatear libere, et nihil me novi prolaturum nec quidquam aliunde petitum, quamquam haud ignoro quibus ex libris ea haurienda sint, vetera omnia, omnia memoriter, vitae usu comprobata.

Atque primum omnium disciplinarum instituatur quoque mense inter discipulos concertatio. Scripta ea in schola etsi retractabuntur atque emendabuntur, non tamen ex usu sit reddere discipulorum manibus. Memoriter corrigant necesse est, quidquid peccaverint. Oculi lubrici sunt, quum simul cum auribus intendi debent, faciunt ut multa discipuli praetervideant, multa non audiant; qui enim fieri dicas ut idem vitium ejusdem in quatuor scriptis etsi ter rubro notatum quarto deinceps recurrat! Auditionem etiam exerceat puer necesse est, audito intelligat, audito credat. Atque novum onus hac concertatione menstrua non imponi magistris liquet, quippe qui plures per annum scribi jubeant compositiones.

Alter locus est de translocationibus, brevitatis causa ea vocabulo utor, non enim in mentem venit significantius. Secundum eam compositionem menstruam fiat translocatio

discipulorum quoque mense ut aut gradus trium linguarum (graec. lat. germ.) numerentur aut secundum unam linguam latinam. In quo inprimis cavendum est, ne multi eundem gradum obtineant, qua re mediocritati locus dabitur. Si quando duo scripta inter se ita sint paria, ut a grammatica utrumque satis faciat, verborum tamen delectus, collocatio, color sermonis discrimen facile fieri permittent. Quid autem sibi visi sint assequuti ii, qui hunc trausponendi discipulos modum sublatum voluerunt, equidem dispicere nequeo, tot autem tantaque in eo bona video ut quam primum restituendum censeam. Namque primum certantium studia effervescere jam pridem diximus, sine quibus non multum profici. Deinde vix fieri poterit, ut alter alterum male adjuvet scribentem aut alter alteri per dolum subtrahat atque ad fallendum data occasione utatur. Qui enim prope assident aequales fere sunt viribus ut alter de altero vix quidquam mutuari possit. Quum autem discipuli sedent aut ordine alphabetico, aut quod pejus etiam, ut fors tulit et animus cujusque concupivit, primo in genere boni mali, strenui ignavi promiscue sedent, magna copia facta est, ut fallant non modo quum scribunt, sed etiam id haud raro fit, ut, si quid interrogaveris alterum, alter qui mente est praepetior, ita praeripiat atque praecipiat responsum ut is qui interrogatur etiam possit respondere, etsi id quod interrogaveris, vix intellexerit. Inde fit non raro, ut is qui tam promptum prope se habeat assidentem amicum, multis nominibus pro diligentissimo, admodum acuto id est optimo discipulo venditetur. Operae pretium est videre, qui ita ex ore alterius pendeat, quam parum procedat, quantum etiam retrorsum. Denique, idque non minimi est momenti ad commendandam eam transpositionem menstruam, si quando qui inspiciendi causa scholas venerint, melius statum classis cujusque perspiciant, si cuique discipulo ex progressibus locus assignatus sit, quam si ordine alphabeti sedeant. Hoc enim ordine licet quoque de subsellio unum, plures bonos discipulos provocari nominatim, praetermissis, ut saepe forte fortuna fit, ignavis, ita speciem quasi quandam mirae doctrinae classi praeferri. Quorum nihil potest fieri, quum secundum progessus discipuli locum tenent.

T e r t i o d e n i q u e nomina eorum discipulorum, qui duodenos priores locos quibusque in compositionibus obtinuerunt, typis expressa honoris causa, quum examen publicum instituitur, et cursus anni scholastici clauditur, publice proponantur. Melius etiam sit omnium discipulorum nomina perscribere, quum inter omnes vix ullus sit, qui nunquam et nulla in re inter duodecim priores sit referendus, et si sit, nomen sine locis notandae ignaviae causa nominetur. Ea re, opinor, assiduitas etiam diligentiae concitatur. Parentes etiam indocti ambigua censurae, quae dicitur, vocabula saepe non intelligentes, dinumerare et computare tamen possunt. Ita pater dicet filio, mater: non fuisti diligens, mi fili, bis tantum in latinis, semel in graecis, caeteris in rebus rarissime. quare aut vires in posterum magis intende aut mitte libros et in fabrica ad incudem consiste vel junge ad plaustrun boves. En incitamentum pueris, ut quantum possint discant! ut cum assiduitate discant, non futurum, si dicatur: non s a t i s profecisse pueros in literis. Quid enim satis sit, non cuivis in promptu est dicere, et vocabulum admodum planum est ad excusandum discipulo, aut malignitatem fortunae excusanti, se illo die minus valuisse aut

etiam magistri incusanti, rem propter parentum in filios caecum saepe amorem, magis quam quis credat, credibilem: magistrum iniquo in se esse animo, ei se satisfacere non posse. Haecce falsa indicia numeris redarguuntur. Erit bonus pater familias, qui omnium locorum, quos accepit filius, faciat summam, et ea ex computatione conclusionem, filiusne aptus ad literas videatur an ineptus. Discipuli etiam ex his numeris de praemiorum concertationis eventu judicant. Plerumque recte, nam raro acciderit, ut qui saepius primum locum acceperit, in eo certamine succumbat; quod si factum fuerit, tum vere licet malignitate fortunae sese consolari. —

Commode haec scripseram quum allatus est ad me libellus ille Mützelii, quo diaria rei scholasticae eduntur, anni MDCCCLX. mensis Sextilis et Septembris volumen, in quo Beschmannus rector tum scholae Spandaviensis. postquam opus inutile tractare satis clare demonstravit eos, qui gymnasiorum magistri programmata scribant, ut quae impensae quotannis fiant ad ea scripta typis exaranda, eae suadet, ad parandos libros augendasque magistrorum bibliothecas adhibeantur. Quam supervacaneum sit programmata scribere, equidem haud dubitanter concesserim, atque si ita haec scriptorum congeries succreverit, proximo decennio locum defuturum, ubi ea scripta reponantur, auguror, jam nunc ingentem in bibliothecis occupantia locum. Ita ne novus sumptus his impensis accedere debeat horreis exstruendis librorum talium, equidem suadeo ut programmata missa fiant atque pro ea pecunia quotannis praemia discipulis dividunda parentur. Hoc dixi, ne ea qnae proposui a pecunia dicantur laborare.

Schulnachrichten

für das Jahr $18^{60}/_{61}$ vom 27sten September 1860 bis zum 15ten August 1861.

A. Unterrichts-Gegenstände.

I. Allgemeine Lehrverfassung.*)

1. Ober-Prima.

Ordinarius: Der Director mit 14 Stunden wöchentlich.

a) Sprachen.

1. Deutsch. 3 Stunden. Dispositionslehre mit Hinzuziehung der wichtigsten Gesetze der Logik und Psychologie. Rhetorik. Erklärung rhetorischer Musterstücke. Die Hauptwerke der bedeutendsten Klassiker lasen die Schüler privatim aus der Jugendbibliothek. Die zu ausführlicheren Arbeiten vorgelegten Themata waren folgende: 1) Fuge magna! Horat. Epist. lib. I. 10. v. 32. 2) In grosses Unglück lernt ein edles Herz Sich endlich finden, aber wehe thut's, Des Lebens kleine Zierden zu entbehren. (Maria Stuart.) 3) Des Menschen Engel ist die Zeit. 4) Ordnung bringt Segen. (Klausurarbeit.) 5) Warum zieht der Chor in der Braut von Messina den Krieg dem Frieden vor? 6) Der Starke ist am mächtigsten allein. (Wilh. Tell.) 7) Unterhaltungsbücher sind unsere Freunde und unsere Feinde. (Klausurarbeit.) 8) Das Vergnügen gleicht einem kühlenden Schatten, in welchem der Wanderer ausruhen, aber nicht liegen bleiben soll. 9) Wann wirken beides, Tadel und Lob, nur Gutes? (Klausurarbeit.) 10) Die Probe eines wahren Genusses ist die Erinnerung. — Als Prüfungsarbeiten schrieben die pro term. Ostern geprüften Abiturienten über das Thema: Nur Begeisterung und Selbstaufopferung haben Grosses für die Menschheit vollbracht; die pro term. Michaelis geprüften Abiturienten: Strenge Erziehung ist ein Segen und eine Ausstattung für alle Tage. Der Director.
2. Latein. 8 Stunden. In 2 Stunden: Wiederholung der Satzlehre. Syntax der Modi; Einübung derselbeu durch Extemporalien und häusliche Arbeiten. Die Themata zu den freien, ausführlicheren Arbeiten waren: 1) Quibus rebus exortum est dissidium inter Caesarem et Pompejum? 2) Quae post mortem Alexandri quaeque interfecto Caesare evenerunt, inter se comparantur. 3) Patriae irasci nefas est. (Klausurarbeit.) 4) Ptolemaei quibus potissimum rebus effecerunt, ut Aegyptus laetius quam antea floresceret? 5) Mithridates Sullae felicitate, Luculli virtute, Pompeji magnitudine fractus est. 6) Amicus certus in re incerta cernitur. (Klausurarbeit). 7) Pompejo, Cassio, Bruto, Antonio, quos omnes trans mare secutum est civile bellum, haud prosperi exitus fuerunt. 8) Gliscens inter Lacedaemonios et Athenienses dissidium quomodo in apertum bellum eruperit, explicetur. 9) Quibus temporibus populus Romanus maxime probaverit dictum illud Virgilii: Tu ne cede malis sed contra audentior ito! — Die pro term. Ostern ge-

*) Die Lehrbücher sind dieselben geblieben.

prüften Abiturienten schrieben über das Thema: Bellis externis parta vitiis domesticis Romani amiserunt. — Die pro term. Michaelis geprüften Abiturienten: Quod apud Thucydidem I. 144. Pericles dicit, Atheniensibus in propulsandis Persis plus consilii quam fortunae et majorem fuisse audaciam quam potentiam; rectene videtur dicere? — In 3 Stunden: Tacit. Ann. lib. II. Der Director. In 3 Stunden: Horat. Sat. I. 1. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 10. Od. II. III. 1—18. Oberlehrer Eichner.

3. Griechisch. 6 Stunden. In 3 Stunden: a) Grammatik: Wiederholung der schwierigsten Abschnitte der Syntax und Einübung derselben durch ausgewählte Beispiele, durch häusliche Arbeiten und Klausurarbeiten. b) Autoren: Demosth. Or. Philipp. I. II. III. statarisch; extemporirtes und cursorisches Uebersetzen aus Xenoph. Cyrop. Der Director. In 3 Stunden: Soph. Ajax und Hom. Iliad. lib. IV. V. und VI. Oberlehrer Dr. Müller.

4. Französisch. 2 Stunden. Wiederholung der Syntax. Exercitien und Extemporalien. Memorirübungen. Gelesen wurde Athalie par Racine. Oberlehrer von Raczek.

5. Hebräisch. 2 Stunden kombinirt mit Unter-Prima. Wiederholung der Formenlehre und einiger Abschnitte aus der Syntax. Lectüre: 37.—60. Psalm. Ruth. Jona. Micha. Häusliche Arbeiten und Klausurarbeiten. Religionslehrer Lic. Hirschfelder.

b) Wissenschaften.

1. Religion. 2 Stunden. a) Für die katholischen Schüler (kombinirt mit Unter-Prima): Die Glaubenslehre. Wiederholung der Sittenlehre und der Kirchengeschichte. Uebungen in freien Vorträgen über gegebene Themata. Religionslehrer Lic. Hirschfelder. b) Für die evangelischen Schüler (kombinirt mit Unter-Prima und Secunda): Kirchen-Geschichte nach Kurtz. Divisionsprediger Rühle.

2. Mathematik. 4 Stunden. a) Arithmetik: Theorie der quadratischen Gleichungen, Progressionen und der Zinsrechnung. Wiederholung der allgemeinen Arithmetik. b) Geometrie. Die Stereometrie und Wiederholung der Planimetrie. Ausserdem: Anleitung zur Lösung systematisch geordneter Aufgaben aus allen Theilen der Mathematik. Wöchentlich ein Extemporale. Die Abiturienten haben zum Ostertermin folgende Aufgaben bearbeitet: 1) Ein mit Wasser gefüllter Behälter kann durch zwei Röhren von ungleicher Weite abgelassen werden. Lässt man das Wasser durch gleichzeitige Oeffnung beider Röhren ablaufen, so entweichen durch die erste Röhre 12 Eimer mehr als durch die zweite. Man weiss ferner, dass die erste Röhre mit Wegschaffung des Wassers, welches durch die zweite ausgelaufen ist, in 4 Stunden fertig werden möchte, wogegen die zweite Röhre 9 Stunden brauchen würde, um die Wassermenge, welche beim gemeinschaftlichen Abfluss durch die erste Röhre abgelaufen ist, fortzuschaffen. Wie viel Eimer Wasser enthielt nun der Wasserbehälter? 2) Einen Rhombus zu zeichnen, wenn die Seite und die Differenz der beiden Diagonalen gegeben ist. 3) Aus den drei Winkeln: $A = 77^{0}\ 16'\ 3'', 1$, $B = 50^{0}$, $C = 52^{0}\ 43'\ 56'', 9$, und der Höhe $h = 5'$ eines Dreiecks ABC den Flächeninhalt desselben zu finden. 4) Der Durchmesser von der Basis eines geraden Kegels misst $d = 6'$, und der Winkel an der Spitze seines Achsenschnittes hält $\alpha = 92^{0}\ 38'\ 29''$. Welchen körperlichen Inhalt hat dieser Kegel? Dazu kommen die nachstehenden Aufgaben für einen Extraneus: 1) Jemand kaufte eine Anzahl Baumstämme zu gleichen Preisen für 100 Thlr. Wären der Stämme für eben so viel Geld 5 mehr gewesen, so wäre ihm ein Stamm um 1 Thlr. wohlfeiler gekommen. Wie viel Stämme hat er gekauft? 2) Ein Kaufmann hat überhaupt 325 Pfund Thee, der in mehreren Kisten so vertheilt ist, dass in jeder folgenden 5 Pfund mehr als in der vorhergehenden, in der letzten aber 55 Pfund sich befinden. Wie gross ist die Anzahl der Kisten? 3) Der körperliche Inhalt eines Kegels, dessen in eine Ebene ausgebreitete Mantelfläche einem Kreisquadranten gleichkommt, beträgt 13 Kubikfuss, 688 Decimalkubikzoll, 264 Decimalkubiklinien. Wie viel misst der Durchmesser von

der Grundfläche dieses Kegels? 4) Von einem Dreieck ABC ist gegeben: $a + b + c = 34'$ $A = 41^{0}\ 57'\ 42'', 9$, $B = 63^{0}\ 3'\ 51'', 2$ und $C = 74^{0}\ 58'\ 25'', 9$; wie gross sind die Seiten a, b und c des Dreiecks? — Zur Herbstprüfung waren folgende Aufgaben angeordnet: 1) Von zwei Arbeitern musste der erste, um ebensoviel als der zweite: nämlich 192 Sgr. zu verdienen, 8 Tage länger arbeiten. Hätte jeder täglich 4 Sgr. mehr bekommen, so dürfte der erste nur 4 Tage mehr arbeiten, um, wie der zweite, die obige Summe zu erwerben. Wie viel erhielt jeder von ihnen an täglicher Löhnung? 2) Aus den 3 Transversalen t, t' und t'' eines Triangels ABC den Triangel geometrisch zu construiren. 3) Wie gross sind die beiden Grundflächen G und g eines Kegelstumpfes, dessen Volumen $K = 1040$ Kubikfuss beträgt und dessen Höhe $H = 24'$ misst, wenn man ferner weiss, dass sich die Grundflächen zu einander verhalten wie 9 : 1? 4) Die Summe der beiden gleichen Seiten eines gleichschenkligen Triangels ist gleich dem Radius eines Kreises, dessen Inhalt $k = 30 \square'$ beträgt, und der Winkel am Gipfel $A = 51^{0}\ 45'\ 27''$. Wie gross ist des Dreiecks Flächeninhalt? Ausserdem hatte ein Extraneus die nachstehenden Aufgaben zu bearbeiten: 1) Jemand schöpft aus einem Fasse, welches 100 Quart Weingeist enthält, jedes Mal 2 Quart ab und füllt sogleich den Abgang mit Wasser auf. Wie viel reinen Weingeist enthalten die beim zwanzigsten Male abgeschöpften 2 Quart? 2) Ein Dreieck zu zeichnen und trigonometrisch aufzulösen, von welchem die Winkel an der Grundlinie $B = 55^{0}\ 46'\ 16''$ und $C = 41^{0}\ 24'\ 34'', 6$. und der Unterschied der Abschnitte, in welche die Grundlinie durch die Höhe getheilt wird, $d = 3'$ gegeben sind. 3) Welche Höhe hat ein gleichseitiger Kegel, welcher dem körperlichen Inhalt nach einer Kugel des Radius $r = 4{,}367903'$ gleich ist? 4) Wird bei der als Kugel angenommenen Erde der Halbmesser 859,5 Meilen gesetzt und beträgt die nördliche Breite von Glogau $51^{0}\ 38'$: wie viel legt ein Punkt in Glogau in Folge der Rotation der Erde binnen 1 Sekunde von Westen nach Osten zurück? — Oberlehrer Professor Uhdolph.

3. Physik. Zweijähriger Kursus. 2 Stunden (kombinirt mit Unter-Prima): Optik, Katoptrik und Dioptrik. Oberlehrer Professor Uhdolph.

4. Geschichte. 3 Stunden. Wiederholung der alten und mittleren Geschichte und der nordischen Geschichte von 1517—1700 in pragmatischer Darstellung. Neuere Geschichte von 1700—1815. Der Director.

2. Unter-Prima.

Ordinarius: Oberlehrer Dr. Mueller mit 14 Stunden wöchentlich.

a) Sprachen.

1. Deutsch. 3 Stunden. Die erste Periode der neueren Literatur von 1525—1725. Erklärung von Probestücken. Uebungen im Vortrag. Die zu ausführlicheren Ausarbeitungen vorgelegten Themata waren folgende: 1) Wie die Arbeit, so der Lohn. 2) Was besagt Horaz'ens 15. Vers der IV. Ode des 1. Buches: Vitae summa brevis spem nos vetat inchoare longam? 3) Zwei Dinge sind am schwersten festzuhalten: das Misstrauen auf Dich, wenn alles gut zu gehen scheint, und das Vertrauen auf Gott, wenn alles übel zu gehen scheint. (Sailer.) 4) Warum hat Caesar seine commentarii de bello Gallico geschrieben und herausgegeben? 5) Invidia Siculi non invenere tyranni majus tormentum. Horat. Epist. II. lib. I. v. 58. 6) Erkenne Dich selbst. 7) Vox populi, vox dei. Oberlehrer Dr. Mueller.

2. Latein. 8 Stunden. In 2 Stunden: Einübung stilistischer Regeln durch extemporirte Uebungen. Die Themata zu den freien ausführlicheren Arbeiten waren: 1) Duo cum faciunt idem, non est idem. 2) Adsentatio, quamvis perniciosa sit, nocere tamen nemini potest nisi ei, qui eam recipit atque ea delectatur. 3) Literae non sinunt esse feros. 4) Quae sunt causae, cur Caesar bellum Gallicum susceperit? 5) Nec recte

praecipiunt, qui ita jubent amare, ut si aliquando esset osurus. 6) Caesaris percussores paricidii accusantur. 7) Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci. 8) Spernere se sperni. Extemporalien, häusliche Arbeiten und schriftliche Uebungen im Periodenbau. In 3 Stunden: Cic. Tuscul. disp. lib. I. und III. cursorisch und lib. II. statarisch. In 3 Stunden: Horat. carm. lib. I. und Epist. lib. II. 1 u. 2. Oberlehrer Dr. Mueller.

3. Griechisch. 6 Stunden. In 3 Stunden: a) Grammatik. Wiederholung der Syntax und Uebersetzungs-Uebungen aus Rost und Wüstemann 3. Cursus. Extemporalien und häusliche Arbeiten. b) Autoren. Plat. Crito und Apologia. Oberlehrer Dr. Mueller. In 3 Stunden: Eurip. Med. v. 1—1000 und Hom. Il. IX. X. Der Director.

4. Französisch. 2 Stunden. Fortsetzung und Beendigung der Syntax. Exercitien, Extemporalien und Memorir-Uebungen. Gelesen wurde aus der Chrestomathie für obere Klassen von Süpfle S. 35—41; 85—89; 111—135. Oberlehrer von Raczek.

5. Hebräisch. 2 Stunden (kombinirt mit Ober-Prima).

b) Wissenschaften.

1. Religion. 2 Stunden. a) Für die katholischen Schüler (kombinirt mit Ober-Prima). b) Für die evangelischen Schüler (kombinirt mit Ober-Prima und Secunda).

2. Mathematik. 4 Stunden. a) Arithmetik: Theorie der quadratischen Gleichungen. Die Lehre von den Progressionen und die Zinsrechnung. b) Geometrie: Die Trigonometrie. Ausserdem regelmässige Bearbeitung von Aufgaben. Oberlehrer Professor Uhdolph.

3. Physik. 2 Stunden (kombinirt mit Ober-Prima).

4. Geschichte. 3 Stunden (kombinirt mit Ober-Prima).

3. Secunda.

Ordinarius: Oberlehrer Eichner mit 16 Stunden wöchentlich.

a) Sprachen.

